

## INTRODUCTIO

### 1. De Nicolao Spinola nuntio apostolico

Nicolaus Gaetanus Spinola (saepenumero etiam forma nominis gentilicii Spinula usitata erat) originem suam ducebat de insigni familia Genuensi, clara meritis erga civitatem nec non Ecclesiam, quae multis episcopis atque cardinalibus hac de stirpe provenientibus iam longius corroboraretur.

Gens Spinola altissimis suis radicibus inhaerebat in Hispania, sed iam saeculo XV ineunte in Genuensi civitate habitabat. Nec plurimae nec accusatores notitiae de prima pueritia futuri nuntii in Polonia existunt, solum tantum cognovimus eum anno 1659 Matriti natum esse de patre Ioanne Dominico Spinola atque de Angelica Maria Estativa matre<sup>1</sup>. Erant autem ei duo fratres: Ioannes Augustinus et Ioannes Lucas. Die eius natali quidem ignoto scimus tamen eum aqua baptismali die 20 Februario 1659 in ecclesia titulo S. Ludovici, in parochia S. Agnetis Matriti manu vicarii huius ecclesiae Petri della Carra ablutum esse.

Primis tirociniis expletis operam dedit studiis superioribus Romae. Agebat tum in Collegio Clementino. Laurum doctoris utriusque iuris adeptus est die 27 II 1687 in Romano athenaeo, "Sapienza" nuncupato. Postea, non sine protectione sui patrui cardinalis Ioannis Baptistae Spinola<sup>2</sup>, ad Congregationem Boni Ordinis (del Ben Governo) cooptatus est, qua scientia ac studio pollebat. Anno 1690 partes deputati communae catechumenorum ad ecclesiam Madonne de Monti agebat. Exinde ad Signaturam Apostolicam advocatus est, tum etiam munere visitatoris in Todi et Spoleto nec non iudicis delegati ad res novandas et ad res neofitarum apud Tribunale Signaturae agendas fungebatur. Maximi momenti hoc in tempore erat eum gradum ac dignitatem praesidis Camerae Apostolicae consecutum esse (20 IX 1695). Ordinem hanc rerum sequens tandem uti clericus Camerae Apostolicae (2 III 1696) clericali militiae se dedit. Hoc in statu mox ad dignitatem vicarii basilicae S. Mariae in Transtiberim consecutus iam medio in anno 1706 nuntius ad Magnum Ducatum Toscaniae nominatus est, simul etiam ad dignitatem archiepiscopi titularis Thebarum elatus est<sup>3</sup>. His nominatio-

---

<sup>1</sup> Notitia de vita ac gestis Nicolai Spinola hauriri potest ex *Hierarchia catholica...*, t. V, Patavii 1952, p. 30, 374, atque de testimoniis a testibus in processu informativo, nominationis ad archiepiscopatus titularis Thebarum dignitatem causa, anno 1706 persoluto, dictis, cfr AV, Proc. Datariae, vol. 83 (1706), f. 111-114. De operibus biograficis vide e.g. G. Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, vol. XIV, Venezia 1842, p. 297.

<sup>2</sup> Ab a. 1648 archiepiscopus Materatensis, a. 1668 translocatus in Genuam, exinde, dissensio- num cum senato Genuensi causa, in Romam, ubi primum secretarius Congregationis Episcoporum ac Regularium, deinde gubernator urbis Romae ab Innocente XI nominatus est. Anno 1681 cardinalis nominatus, decessit anno 1704, aetatis suaee 89, cfr *Hierarchia catholica...*, t. V, Patavii 1952, p. 226.

<sup>3</sup> Summus pontifex Clemens XI iam 14 VII 1706 annuit huic nominationi, processus autem informativus perfectus die 1 X, et bulla provisionis 4 X 1706 data est, vide AV, Sec.Brev., Reg. 2532,

nibus acceptis 29 IX 1706 primum ad ordines diaconi ab episcopo Verulano Dominico de Zaulis, deinde una hebdomada post etiam ad sacerdotis ordines obtinendos promotus est<sup>4</sup>. Negotiis ad exterios Florentiae expletis unum post annum, die 20 VIII 1707, successor Iulii Piazza nuntii apostolici ad Regnum Poloniae nominatus est.

Negotium nuntii apostolici in Regno Poloniae difficillimis negotiis in omni sensu adnumerari poterat propter res publicas in Polonia tum valde complicatas. Aliquot iam annos bellum, Septentrionale nuncupatum, agebatur et Polonia ab militia Suetica opprimebatur, quae res animos Polonorum valde inficiebat ac deprimebant. Inprimis pessimum statui rerum publicarum exstitit regnum inter duos reges cerantes cum se de throno obtinendo divisum esse. Auxilio regis Suotorum Caroli XII novus princeps regni contra Augustum II, legitimum regem Poloniae, Stanislaus Leszczyński palatinus Posnanienis 12 VII 1704 electus et 4 X 1705 rex Poloniae coronatus esset. Etiamsi summus pontifex vetuerit episcopis Poloniae in coronationis caeremoniis interesse, tamen solus Constantinus Zieliński archiepiscopus Leopoliensis, cardinale Michaele Radziejowski archiepiscopo Gnesnensi absente, novo electo regi coronam imposuit. Augustus II Saxo rex adhuc legitimus Poloniae non desistit de corona regali certare et immo de hac competens quaesivit favorem ac auxilium apud summum pontificem Clementem XI atque apud imperatorem Russiae Petrum I. Haec tamen exstiterunt haud quaquam possibilia, nam Augustus acerbis fatis, vigore pacis cum rege Suetorum 24 X 1706 Altranstadiæ conclusæ, militibus Sueticis Saxoniam simul depopulantibus, coactus est coronam deponere et de solio Regni descendere. Sedes Apostolica partes legitimi regis Poloniae Augusti consequenter tenebat, quamquam res eius non solum Poloniae, sed etiam in rebus cum exteris in theatro Europeo haud prospere evenerint. Tunc enim temporis alterum bellum, quod de successione Hispanica vocatum, inter stirpem Habsburgicum et Burbonicum de throno Hispaniae obtinendo Europæ actum, in quod etiam Status Pontificius, in dissensiones et dimicationes implicata est, efficit, ut hostilis Europæ aura aderit nec non inimicitiae inter Vindobonam et Romam exortae sint. Ad haec etiam crescens potentia militaris Suetiae, cuius rex praeparaverit se ad pugnam decernentem cum "czar" Russiae Petro I, non prospere vaticinabatur de secunda rerum Polonicarum processione, immo efficit occupationem, depopulationem ac terrem a militibus Sueticis Poloniae illatas. Difficilem exteriorem statum rerum Regni Poloniae immo peiores efficiebat etiam inferior dissensio et partialitas procerum regni, qui se in duas repugnantes et dimicantes partes divisorint,

---

f. 441 sq. Sedem titularem obtinuit post Horatium Spada, tum in episcopatum Lucense nominatum, qui annis 1703-1706 munere nuntii apostolici ad Regnum Poloniae fungebatur. Acta et documenta huius nuntiaturae inveniuntur in AV, Segr. Stato, Firenze, vol. 203 A.

<sup>4</sup> Qua die et quo loco episcopus titularis consecratus est frustra indagabis in *Hierarchia catholica*.

pro variis candidatis ad coronam regni certantes<sup>5</sup>. Inprimis hostilis aura per annum 1707 regnabat, cum etiam confoederatio Sandomiriana Augusto II regi adhuc favens proclamavisset, uti responsum ad eius abdicationem, regnum sine corona<sup>6</sup>, et omnes partes in Polonia ad novam electionem perficiendam praeparavissent candidatos: Iacobum Sobieski, Franciscum Rákoczi, Eugenium de Sabaudia. Hoc in tempore nuntius Iulius Piazza ea, quae ad convalidationem electionis Stanislai Leszczyński ad regem Poloniae, legibus Regni hac in re respectis, nec non ad novam electionem legalem perficiendam spectabant, decrevit adiuvare omnia, ne res publica ad ultimum chaos adduceretur et ordo rerum dissolveretur<sup>7</sup>. Haec enim erat verisimilis causa, qua nuntio de munere in Polonia decidere necesse fuisset, ne Curia Romana in rebus Poloniae agendis contraheri cogeretur. Quapropter decessorem eius in munere oportebat omnes res diligentissime perlustrare atque investigare nec temere agere<sup>8</sup>.

Nicolaus Spinola sine gaudio ac laetitia ad novum munus Poloniae obtinendum Florentia discessit, temptavit etiam Genuae, quam de Florentia recedit, longius commorari. Tandem mense Novembre 1707 per Venetiam, Vindobonam et Olomucium profectus est versus Opaviam Silesiae (regio sub ditione Habsburgorum prope fines Regni Poloniae sita) et in hoc oppidum die 13 II anni sequentis advectus est. Officia sua in munere nuntii apostolici explere incipit, cum tenore instructionis nuntiatura concors, ab colloquiis cum principi fauore et adhaerente Augusti II regis, hoc est cum proceribus confoederationis Sandomirianae dictae, quam magno in numero familia Szembek componebat, nempe primas Poloniae Stanislaus et eius frater, vicecancellarius Regni Ioannes Szembek, nec non episcopus Cuiaviensis Constantinus Felicianus Szaniawski. Has partes tenebant etiam alii proceres, exempli causa Adamus Nicolaus Sieniawski, dux exercituum Regni supremus.

Sicut iam duo eius praedecessores, tempore inundationis Poloniae per exercitus Sueticos, Nicolaus Spinola sedem suam Opaviae in Silesia habebat, propter ea quod nuntius Apostolicus securus infra fines Poloniae tum agere non potuerit<sup>9</sup>. Habitabat autem in monasterio Franciscanorum et exinde commercia litteraria exercebat. Oppidum ipsum his annis erat locus insignis, ubi conventa et colloquia grandis momenti procerum aulae Saxo-

<sup>5</sup> Cfr I. Feldman, *Polska w dobie wielkiej wojny północnej*, Wrocław 1971; A. Kamiński, *Konfederacja sandomierska wobec Rosji w okresie poaltranszadzkim 1706-1709*, Wrocław 1969; insuper vide omnia studia Augusto II, Stanisłao Leszczyński et principibus viciniis civitatum dedicata.

<sup>6</sup> Cfr J. Kopiec, *Ogłoszenie bezkrólewia w Polsce w 1707 roku*, in: *Kościół na drogach historii*. Księga dedykowana Księdnemu Profesorowi Doktorowi Tadeuszowi Śliwie, Kraków-Lwów 1999, p.37-42.

<sup>7</sup> Politica papatus huius temporis tractatur ab J. Staszewski, *Stosunki Augusta II z Kurią Rzymską w latach 1704-1706 (Misja rzymńska)*, Toruń 1965; J. Kopiec, *Między Altranszadrem a Połtawą. Stolica Apostolska wobec obsady tronu polskiego w latach 1706-1709*, Opole 1997 – hic fusius notae bibliographicæ.

<sup>8</sup> Nominatio novi nuntii iam 20 VIII 1707 confirmata est.

<sup>9</sup> Cfr J. Kopiec, *Śląski epizod w dziejach nuncjatury polskiej w czasach Augusta II (1705-1709)*, "Śląski Kwartalnik Historyczny Sobótka"47 (1992), p. 331-336.

nicae et Polonicae gerebantur. Ita erat usque ad annum 1709, cum post cladem apud Poltaviam a Suetis acceptam, "czar" Petrus I vocem dominantem hac in parte Europae adipisci potuerit. Plurimum tum rebus Polonicis valebat Augustum II regem in thronum Poloniae libere reverti et cum eo etiam nuntium S. Sedis in fines Poloniae ingredi potuisse, qui exeunte Octobre 1709 Opaviam relinquens die 9 XI Cracoviam ingressus sit. Ex hoc officia sua et Varsaviae et Cracoviae explevit. Comperimus eum affuisse convento generali Varsaviae in Februario 1710 habito, cum legitima potestas super Regnum Poloniae Augusto II comprobata ac rata sit atque omnes leges vigentes, antequam exercitus Suetici Polonię occupavissent et candidatem suum in regem palatinum Stanislaum Leszczyński, Carolo XII rege se interponente, imposuissent, ad vim restitutae sint.

Nicolaus Spinola munus nuntii explens in suo officio consequenter partem regis Augusti tenebat atque eum adiuvabat, numquam desiit eum adhortari, ut se magis primum fidei catholicae promovendae ostendere vellet. Tunc temporis etiam accidit, ut capella catholica in aula Dresdae vere anni 1708 patefacta sit atque paulo post filius regis, futurus rex Augustus III, in religionem catholicam, res abundans casibus, anno 1711 transitus sit<sup>10</sup>. In his circumstantiis anno 1710 Dresdam ad regem Poloniae Augustum advenit etiam nuntius extraordinarius Hannibal Albani.

Nuntius Spinola non neglexit res ac casus Ecclesiae in Polonia aspicere atque inspicere, quae nonnullae cura et tutela adhibenda exigent, in his omnibus casibus bellicis, disciplinae ecclesiasticae dissolutionis et haud raro auctoritatis summi pontificis diminuendi, nec non immunitatis ecclesiasticae violandi causa. Haec omnia patent ex conatibus eius susceptis in negotio aptos idoneosque candidatos episcopos nominandi, ordines religiosos in Polonia reformandi atque ad disciplinam revocandi; nuntius numquam omisit occasionem animum suum benigne referre ad res sacerdotum ac candidatorum ad sacros ordines obtainendos promotorum<sup>11</sup>. In hoc etiam tempus saeculo XVII exeunte et XVIII ineunte acciderunt res non minoris momenti, quae ad religionis catholicae ritus Graeci in orientalibus partibus Regni Poloniae secundam propagationem pertinerint. Hoc enim aevo in unionem cum S. Sede inierunt et episcopus Premisliensis Iosephus Innocentius Winnicki (1691) et Leopoliensis Iosephus Szumlański (1700) nec non Luceoriensis Dionysius Zabokrzycki (1702). Haec non solum acta ad professionem religionis, sed etiam facta ad rem publicam in Regno Poloniae spectantia expostu-

<sup>10</sup> Res Saxonicae et conatus fidem catholicam ibi renovandi tractantur a: P. F. Saft, *Der Neuauftbau der katholischen Kirche in Sachsen im 18. Jahrhundert*, Leipzig 1961; S. Seifert, *Niedergang und Wiederaufstieg der katholischen Kirche in Sachsen 1517-1773*, Leipzig 1964, cfr etiam J. Ziekursch, *August der Starke und die katholische Kirche in den Jahren 1697-1720*, "Zeitschrift für Kirchengeschichte" 24 (1903), p. 128-135.

<sup>11</sup> Bona fortuna asservatus adhuc liber dispensarum tempore eius nuntiaturae impositarum, nec non variarum gratiarum spiritualium, quas licentiam concedendi litterae facultates summi pontificis ei permisissent, sinit penitus cognoscere, qua ratione et quibus modis nuntius Spinola sua officia expleverit concors cum instructionibus ac monitis a secretario Status cardinali F. Paulucci in praesens transmissis.

laverunt a nuntio perseverantiam ac vigilantiam in negotiis explendis, semper ad corroborationem ac communionem cum S. Sede direcis. Neque unquam neglexit etiam, facultatum suarum vigore, in complicatas res iurisdictionis ecclesiasticae, in res seminariorum, nec non in administrationem dioecesum ritus Graeci intervenire. Asservatae litterae nuntii ad Congregationem de Propaganda Fide, cui omnia commercia litterarum in negotio unionis cum Ecclesia catholica subiecta essent, edocere plane possunt, quem ad modum et quantam operam in haud facili ac laborioso negotio unionis contrahendae explendo Spinola dederit<sup>12</sup>. Quattuor et dimidio annis post, cum sedulitas atque industria Nicolai Spinola in explendis officiis nuntii apostolici ad Regnum Poloniae bene probata esset, revocatus est de legatione Romam. In Urbe permanxit usque ad novissimam diem suae vitae. Hoc longum spatium a Nicolao Spinola multis ac variis negotiis deditum, quae in primis ad res secundas S. Sedis et prosperitatem fidei catholicae, tempore maximo importuno, bello Septentrionale nuncupato saeviente, spectabant, potest fortunatum prosperumque rebus Polonicis haberi. Tum enim non modo communio Regni Poloniae cum S. Sede conservata sit, sed immo strictiores nodi rem publicam cum Ecclesia coniunxerunt. Cum tamen mox duriora ac difficiliora ministribus S. Sedis munera in exteris explere accidisset, nuntiatura Nicolai Spinola in Polonia auctoritatem pontificis maximi perdurare atque insidias minaces in autonomiam ecclesiasticam ibi evitare proderat.

Romae Nicolaus Spinola multa ac varia officia in Curia Romana sedulo gerebat. Mox etiam auditor Cameræ Apostolicae nominatus est. In consistorio die 16 XII 1715 habito Clemens XI papa provexit eum ad dignitatem cardinalis, sequenti autem anno 8 VI 1716 ecclesiam titularem nomine S. Sixti tribuit. Annis novem post Spinola transiit in ecclesiam SS. Nerei et Achillei (29 I 1725). Simul nominatus est socius in Congregatione Episcoporum et Regularium, de Propaganda Fide, de Immunitate Ecclesiastica. Spinola gerebat etiam honores protectoris congregationis S. Mariae Montis Oliveti OSB, ordinis Libanensis Maronitarum OLM, protectoris Sanctae Terrae atque hospitii apostolici titulo S. Michaelis, atque archifraternitatis SS. Angelorum Custodum, Pietatis erga incarceratedos, etc.

Peculiari affectu aspirabat ad Congregationem de Propaganda Fide, cum qua sociam navavit operam atque etiam de suis facultatibus largiter adiuvavit, in primis eo fine, ut haec pecunia missionibus ad Sinas assignaretur<sup>13</sup>.

---

<sup>12</sup> Has res attingit A. Deruga, *Piotr Wielki a unici i unia kościelna 1700-1711*, Wilno 1936.

<sup>13</sup> Atqui tota familia Spinola liberalis erga Congregationem et opera ab ea sucepta erat, e. c. anno 1734 largiavit summam 112 milia scudorum in missiones ad Sinas. Ipse Nicolaus missionibus studuit, quod probari ea potest, eum defensioni pro missionariis Capucinorum ad Tibetum anno 1728 intentum esse, cfr J. Metzler, *Die Kongregation im Zeitalter der Aufklärung. Struktur, Missionspläne und Massnahmen allgemeiner Art (1700-1795)*, in: *Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Memoria rerum 1622-1972. 350 anni a servizio delle missioni*, vol. II, Romae 1972, p. 23-83, 966.

Nicolaus Spinola animam exspiravit Romae die 12 Maii anno 1735, aetatis suae septuagesimo sexto. Celebratio cum pompa funebri primum in ecclesia S. Andreeae in Valle confecta est, unde corpus mortui transportatum in capellam collegii de Propaganda Fide, prope plateam Spanicam locati, ibique sepultum est. Capella tum fungebatur vice ecclesiae sub titulo Trium Regum, nuper de novo aedificatae, uti totum collegium Congregationis. Haec renovatio ac aedificatio sub fine saeculi XVII incepta demum sub pontificatu Clementis XI finita est. Ecclesia demum mense Aprili anno 1729 consecrata est a cardinale praefecto Vincentio Petra. Cadaver Nicolai Spinola sepultus est in crypta prope ianua ecclesiae posita, quam epitaphium simplex cum inscriptione nominis defuncti indicat. Atqui cardinales Congregationis de Propaganda Fide iusserunt monumentum splendidum erigi infra aedificii Congregationis, in contignatione, apta inscriptione adornatam. Non absurde est hoc in loco eam conferre, opera enim ac honores defuncti laudantur:

NICOLAO PRESBYTERO SS. NEREI ET ACHILLEI, S.R.E. CARDINALI SPINULAE, || QVOD CUM COHAEREDIBVS SVIS IOANNE LUCA FRATRE ET IOANNE DOMINICO, AVGVSTINI FILIO || NONAGINTA CIRCITER AVREORVM MILLIA, IVRE HAEREDITATIS || AB ISPAANIensi REGIO PATRIMONIO AEQVIS PARTIBVS SIBI EISQVE DEBITA, || S. CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE MUNIFICA DONATIONE CONCESSERIT || ET S.S.S. IOANNES DOMINICVS ALIIS INSVPER NOVEM MILLIBVS PRIVS DE SVA PECVNIA DATIS, || EXINDE AD TRES EX ILLYRICO ALVMNOS IN FIRMANO COLLEGIO INSTITVENDOS || PLVSQVAM DVODECIM MILLIA AVREORVM PIA LARGITIONE TRIBVERIT. || CARDINALES PROPAGANDAE FIDEI, CVRATORES TANTORUM BENEFICIORVM || M.P.P.<sup>14</sup>

## 2. Fontes ad munus nuntii Nicolai Spinola pertinentes.

Nuntiaturae Nicolai Spinola in Polonia plura acta ac documenta asservantur, quae hoc in opere fundamentum editionis sunt. Haec omnia in Archivo Secreto Vaticano inveniuntur.

a) Corpus editionis litterae et "avvisi" ab ipso nuntio ad Secretariatum Status missae, quae in **Archivo Vaticano** in collectione **Segreteria di Stato - Polonia** nuncupata asservantur<sup>15</sup>. Relictae sunt litterae manu ipsius nuntii scriptae, sed sine tegumentis, in unoquoque convoluto iuxta temporis cursum collectae, sine, ut videtur, lacunis. Magni momenti etiam sunt, his adiunctae, litterae autographae aut earum exemplaria nuntio admissae, qui eas notitiae Congregationi transmisit. Litterae et acta sunt in optimo statu

<sup>14</sup> Inscriptio legitur in G. Moroni, op. cit., p. 237. Cfr tabulam ope lucis factam huic volumini adiunctam.

<sup>15</sup> De his notitiam hauriri potest de opere P. Savio, *De actis Nuntiatura Poloniae, quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*, Vaticani 1947, p. 29, 41-42.

conservata, solum tamen tegumenta et linea, quibus documenta consulta sunt, renovatione exigent.

Huic collectioni adsunt:

- Segr.Stato, Polonia 132 – inscriptio in dorso voluminis: Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. Piazza. Lettere orig. del nunzio alla Segreteria dal 3 gennaio al 31 dicembre 1707. Huic etiam adiunctae sunt (sine mentione in dorso !), ab fol. 774r incepto, litterae et "avvisi" a nuntio transmissi.

- Segr.Stato, Polonia 133 – 1708. Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. Piazza e mons. Spinola. Lettere originali del nunzio alla Segreteria dal 2 gennaio al 31 dicembre 1708, ff. 2-763; usque ad fol. 117r inveniuntur litterae Iulii Piazza, inter has etiam litterae nuntii Spinola.

- Segr.Stato, Polonia 134 – insunt: 1709. Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. [Spinola] Lettere originali del nunzio alla Segreteria dal 7 gennaio al 25 dicembre 1709, ff. 4-681.

- Segr.Stato, Polonia 135 – insunt: 1710. Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. Spinola. Lettere originali del nunzio alla Segreteria dal primo gennaio al 31 dicembre 1710, ff. 4-1008.

- Segr.Stato, Polonia 136 – insunt: 1711. Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. Spinola. Lettere originali del nunzio alla Segreteria dal 2 gennaio al 26 dicembre 1711, ff. 4-700.

- Segr.Stato, Polonia 137 – insunt: 1712. Lettere di mons. nunzio in Polonia. Mons. Spinola e Mons. Oedeschalchi. Lettere originali del nunzio alla Segreteria dal 9 gennaio al 28 dicembre 1712 – litterae Nicolai Spinola in foll. 4r-182r.

b) Regesta epistularum Secretarii Status ad nuntium Spinola missarum inveniuntur in vol. 220 (olim signatura 32), compacto et bene asservato. In dorso haec inscriptio occurrit: "Lettere scritte dal Sig. Card. Paulucci a Mons. Nunzio in Polonia dall'anno 1707 a tutto il 1712", et alia manu inscripta haec: "Alli Mons. Piazza, Mons. Spinola, Mons. Oedeschalchi". In hoc volumine, foll. 399 constante, regesta litterarum ad Spinola scriptarum in foll. 56r-327r inveniuntur.

c) Minutae litterarum Secretarii Status ad nuntium Spinola – vol. 201 – tempore nuntiaturae Spinola in foll. 28r-32v.

d) Litterae "decifrati" dictae , vol. 143 – ab anno 1710, ff. 210r-221v, 509r-517r.

Ex alteris fontibus – in **Fondo Garampi** 250 invenitur minuta instructionis Spinola datae, in **Fondo Albani** 194 et 196 litterae manuscriptae procerum nonnullorum Regni Polonie ad nuntium missae.

In **Archivo Nuntiaturae Varsaviensis**, in parte munus nuntii Spinola illustrante, volumine 183, quod 183 follis constat, compacto et bene asser-

vato, tomus regestorum actorum gratialium tempore, quo Spinola munere nuntii fungebatur, continetur.

Ex aliis collectionibus in Archivo Vaticano asservatis enumerandae sunt: **Secretariatus Brevium**, ubi in vol. 2194 regesta facultatum ad nuntium Spinola spectantia, et in vol. 2532 bulla provisionis Nicolai Spinola in sedem titularem Thebarum exstant, nec non collectio **Epistolae ad Principes**, ubi in vol. 86 regesta litterarum credentialium, ad proceres ecclesiasticos ac saeculares Regni Poloniae pro nuntio Spinola missarum inveniuntur.

Praeterquam in Archivo Vaticano nonnulla acta et documenta Nicolai Spinola in **Archivo Congregationis de Propaganda Fide** occurunt in quorum numero litteris manu ipsius nuntii ad congregationem scripta, quae in SOCG vol. 563-582, necnon in SC, Moscovia-Polonia-Ruteni vol. 3 inveniuntur. Haud minoris momenti nuntiatura a Spinola peractae cognoscendae sunt etiam responsa a Congregatione ad eum missa, quae in collectione **Litterae** vol. 97 – 101 exstant.

In tabulariis Poloniae possunt inveniri nonnullae litterae, quarum plurimae in Bibliotheca familiae Czartoryski Cracoviae asservantur, singulae autem Gnesnae in **Archiwum Archidiecezjalne** (iuxta litteras ab Archivi curatore nobis datas).

Investigationibus in **Archivo Generali Actorum Veterum** (AGAD) Varsaviae nec non in archivis ecclesiasticis (Poznań, Włocławek) confectis comperimus nullas alias litteras nuntii Spinola aut ad eum missas ibi inveniri. Quae ab episcopo Varmensi Andreae Chrisostomo Załuski aut ab episcopo Kioviensi Ioanne Gomoliński, sufragano Chelmensi Ioanne Dłużewski atque a capitulo Posnaniensi ad nuntium missae erant, nunc in copiis asservantur in AV, Segr.Stato, Polonia 133 et seq.

**ITINERARIUM  
Nicolai Spinola tempore nuntiaturae Polonae**

**1707**

- 24 IX – advenit Genuam, civitatem suam familiarem, missione ad Florentiam conclusa (AV, Segr.Stato, Vescovi e Prelati 106 f. 424r-v)
- 27 XI – Genua discessit (AV, Segr.Stato, Polonia 132 f. 790r)
- 10 XII – de Venetia scripsit litteras ad Secretariatum Status (Segr.Stato, Polonia 132 f. 821r)
- 15 XII – Venetiam reliquit (ibidem, 132 f. 838r-v)
- 31 XII – Vindobonam advenit (ibidem, 132 f. 855r)

**1708**

- 8 II – Olomucium advenit (ibidem, 133 f. 59r-v)
- 11 II – litteras Chremsa misit (ibidem, 133 f. 78r)
- 14 II – Opaviam, oppidum Silesiae, advenit et ibi usque ad diem 29 X 1709 commorabatur

**1709**

- 9 XI – Cracoviam advenit (Arch.Nunz. Varsavia 183 f. 85r)
- 23 XI – Varsaviae commorabatur

**1710 – 1711**

- 30 VIII 1710 - 26 I 1711 – in villa Obory, qua monasterium ordinis Carmelitarum Calceatorum Reformatorum positum erat, commorabatur
- 7 II – officia nuntii Varsaviae expletus est (ibidem 183 f. 129v)
- 24 V - 6 IX – commorabatur Cracoviae (ibidem, f. 129v, 149r)
- 12 IX – Varsaviae aderat

**1712**

- 13 IX – Cracoviae rursum erat
- 26 III – eum Cracoviae commorari probatum est
- 31 III – Varsaviae aderat
- 5 IV – rursum Cracoviae erat
- 16 IV – iterum Varsaviae officia expletus est (Arch.Nunz. Varsavia 183 f. 175v: hic finis Nuntiaturae N. Spinule [sic!] in Regno Poloniae)
- 24 IV – aderat iam Silesiae, extra fines Regni Poloniae, et e monasterio Cisterciensium in Rudy misit litteras Romam nuntiantes de legatione sua ad latus regis Poloniae conclusa (Segr.Stato, Polonia 137 f. 182r)

**INDEX FONTIUM  
qui in hoc volumine publicantur**

**Archivum Historicum S. Congregationis de Propaganda Fide (APF):**

- Litterae (S. Congregationis et Secretarii), ms. 97 f. 1r-v, 36v-40r, 47v-48r, 50r-v, 93v-94r, 106r-107r, 337r, 418v-419r.
- Scritture Originali riferite nelle Congregazioni Generali (SOCG), ms. 563 f. 124r, 125r-v, 127r-128r, 130r, 131r, 153r-154r, 156r-157r, 164r-165r, 179r-180v, 185r-v, 218r-220r.
- Scritture riferite nei Congressi (SC):
  - Moscavia, Polonia, Ruteni, ms. vol. 3 f. 205r-v, 207r, 213r.

**Archivum Secretum Vaticanum (AV):**

- Archivio della Nunziatura in Varsavia (Arch.Nunz. Varsavia), ms. 183 f. 1r-26r.
- Dataria Apostolica – Processus Datariae, ms. 83 (1706) f. 111r-114v.
- Epistolae ad Principes, Registra (Ep. ad Princ., Registra), ms. 86 f. 138r, 143v, 148r-150v.
- Fondo Albani, ms. 194 f. 336r-337r.
  - " " ms. 195 f. 208r-212v.
  - " " ms. 196 f. 54r-v.
- Fondo Garampi, ms. 250, sf.
- Segreteria dei Brevi (Sec.Brev.):
  - Registra Brevium (Reg.), ms. 2216 f. 1r-19v.
  - " " ms. 2532 f. 441 r-442v.
- Segreteria di Stato (Segr.Stato):
  - Firenze, ms. 202A f. 142v-143r.
  - Polonia, ms. 132 f. 773r-v, 790r, 821r, 822r-v, 823r, 838r-v, 855r.
    - " ms. 133 f. 6r-383v.
    - " ms. 201 f. 28r.
    - " ms. 220 f. 56r-v, 60v-62v, 63v, 64v, 65v-91r.
  - Vescovi e Prelati, ms. 106 f. 424r-v, 457r, 527r, 546r, 567r, 593r, 610r-v.

**Gniezno, Archiwum Archidiecezjalne (AAGn):**

- Acta Capituli ms. B 30 f. 16r.

**Kraków, Biblioteka Czartoryskich (BCz):**

- ms. 452 IV p. 217-218.
- ms. 2881 IV p. 335.
- ms. 5903 nr 27804, 27805, 27808.

**FONTES**  
**ad integrum nuntiaturam Nicolai Spinola typis iam impressi**

Šeptyckyj – *Monumenta Ucrainae Historica*, collegit Andreas Šeptyckyj, vol. V, Romae 1968 (Editiones Universitatis Catholicae Ucrainorum P. Clementis Papae), p. 76, 80-83.

Theiner MHR – *Monuments historiques relatifs aux règnes d'Alexis Michaélovitch, Féodor III et Pierre le Grand, czars de Russie*, extraits des Archives du Vatican et de Naples par Augustin Theiner, Romae 1859, p. 427.

Welykyj LE – *Litterae episcoporum historiam Ucrainae illustrantes (1600-1900)*, paravit, adnotavit editionemque curavit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, t. IV, Romae 1976, p. 273-274; t. V, Romae 1981, p. 273-274.

Welykyj LPF – *Litterae S. C. de Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantes*, collegit et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, t. II, Romae 1955 p. 266-305; t. III, Romae 1956, p. 266, 269-274, 276.

**STUDIA ET FONTES AUXILIARII  
 quibus in hoc volumine apparando usi sumus**

ANP – *Acta Nuntiaturae Polonae*.

DPR – *Documenta pontificum Romanorum*.

PSB – *Polski słownik biograficzny*, t. 1- , Kraków 1935- .

UDR – *Urzędnicy dawnej Rzeczypospolitej XII-XVIII wieku. Spisy*, t. I-XI, [Magistratus et honores veteris Regni Poloniae], Kórnik 1985-1994.

Aleksandrowicz M., *Stanisław Szembek, arcybiskup gnieźnieński (1706-1721)* [Stanislaus Szembek, aepus Gnesnensis (1706-1721)], "Studia Gnesnensia" 1(1975), p. 29-49.

Aleksandrowicz M., *Walka o obsadzenie arcybiskupstwa gnieźnieńskiego w latach 1705-1708* [Certamen de sede archiepiscopali Gnesensi obtinendo a. 1705-1708], "Roczniki Teologiczno-Kanoniczne" 22(1974), z. 4, p. 25-33.

Bullarium Romanum – *Bullarum diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum*. Ed. A. Tomassetti, Augstae Taurinorum 1857 – 1872.

Cardella Lorenzo, *Memorie storiche de' Cardinali della Santa Romana Chiesa*, T. VIII, Roma 1794.

Clemens XI, *Epistolae et brevia selectoria*, pars II, Roma 1724.

Deruga Aleksy, *Piotr Wielki a unici i unia kościelna 1700-1711* [Petrus Magnus quid de unitis et unione ecclesiastica senserit 1700-1711], Wilno 1936.

D'Haarlem Z., *L'expedition des capucins en Russie*, "Collectanea Franciscana" 12(1942), fasc. 1, p. 41-50.

*Diariusz Walnej Rady Warszawskiej z roku 1710* [Diarium Conventus Generalis Varsaviensis a. 1710], wyd. R. Mienicki, Wilno 1928 (Źródła i Materiały Historyczne. Wydawnictwa Wydziału III Towarzystwa Przyjaciół Nauk w Wilnie, t. II).

Donnert E., *Peter der Grosse*, Wien 1989.

Feldman Jan, *Polska w dobie wielkiej wojny północnej 1704-1709* [Polonia tempore magni belli septentrionalis 1707-1709], Kraków 1925.

Gierowski Józef Andrzej, *Dyplomacja polska doby saskiej (1699-1763)* [Historia relationum cum exteris tempore Saxonum Poloniae regnantium (1699-1763)] w: *Historia dyplomacji polskiej* [Historia relationum Poloniae cum exteris gentibus], t. II: 1572-1795, red. Z. Wójcik, Warszawa 1982, p. 331-366.

Gierowski Józef A., *Polska, Saksonia i plany absolutystyczne Augusta II* [Polonia, Saxonia et ratio imperii supremi gerendi ab Augusto II cogitata], w: *Polska w epoce Oświecenia. Państwo – społeczeństwo – kultura* [Polonia aevi "Illuminationis". Res publica – societas civium – cultus], red. B. Leśnodorski, Warszawa 1971, p. 60-105.

Gierowski Józef Andrzej, *Rozkład państwoowości szlacheckiej w czasach saskich* [Dissolutio rei publicae nobilium tempore Saxonum Poloniae regnantium], w: *Miedzy Wschodem a Zachodem. Rzeczpospolita XVI-XVIII w. Studia ofiarowane Zbigniewowi Wójcikowi w 70. Rocznicy urodzin* [Inter Orientem et Occidentem. Studia Sbigneo Wójcik in 70. anniversarium oblata], Warszawa 1993, p. 187-195.

Gierowski Józef Andrzej, *W cieniu Ligi Północnej* [Sub umbra Ligae Septentrionalis], Wrocław 1971.

Kamiński Andrzej, *Konfederacja Sandomierska wobec Rosji w okresie poaltransztadzkim 1706-1709* [Confoederatio Sandomiriensis et Russia (Moscovia) post pacem Altranstadiensem 1706-1709], Wrocław 1969.

Kartunnen Liisi, *Les nonces apostoliques permanents de 1650 à 1800*, Genève 1912.

- Kiss G., *Franz Rakoczi II, Peter der Große und der polnische Thron (um 1708)*, "Jahrbücher für Geschichte Osteuropas" NF, 13(1965), p. 344-360.
- Konopczyński Władysław, *Polska a Szwecja od pokoju oliwskiego do upadku Rzeczypospolitej 1660-1795* [Polonia et Suetia inde ab pace Olivae contractae usque ad confractum Reipublicae a. 1760-1795], Warszawa 1924.
- Konopczyński Władysław, *Polska a Turcja 1683-1792* [Polonia et Turcia a. 1683-1792], Warszawa 1936.
- Kopiec Jan, *Śląski epizod w dziejach nuncjatury polskiej w czasach Augusta II (1705-1709)* [Silesiensis casus historiae nuntiaturae Polonae Augusto II regnante (1705-1709)], "Śląski Kwartalnik Historyczny Sobótka" 47 (1992), p. 331-336.
- Kopiec Jan, *Miedzy Altransztadem a Połtawą. Stolica Apostolska wobec obady tronu polskiego w latach 1706-1709* [Inter Altranstadium et Poltaviam. Sedes Apostolica quid de throno Poloniae obtinendo a. 1706-1709 iudicabat], Opole 1997
- Kopiec Jan, *Ogłoszenie bezkrólewia w Polsce w 1707 roku* [Denuntiatio interregni in Polonia a. 1707], in: *Kościół na drogach historii* [De Ecclesia in viis historiae progrediente], Księga dedykowana Księdu Profesorowi Doktorowi Tadeuszowi Śliwie, Kraków-Lwów 1999.
- Korytkowski Jan, *Arcybiskupi gnieźnieńscy, prymasowie i metropolici polscy od roku 1000 aż do roku 1821* [Archiepiscopi Gnesnenses, primates et metropolitae Poloniae ab a. 1000 usque ad 1821], t. IV, Poznań 1892.
- Kriegseisen Wojciech, *Walka polityczna w województwach małopolskich w roku 1708* [Contentio ac rivalitas in rebus publicis in palatinatibus Poloniae Minoris a. 1708], "Kwartalnik Historyczny" 91(1985), nr 1, p. 3-31.
- Link-Lenczowski Andrzej, *Wokół zbiegów o "jedność" Rzeczypospolitej. Z dziejów współpracy Adama Sieniawskiego i Stanisława Denhoffa w latach 1706-1709* [De conentionum circa unitatem Reipublicae continentiam, sive de operis ab Adamo Sieniawski et Stanislao Denhoff a. 1706-1709 mutua exactis historia], "Śląski Kwartalnik Historyczny Sobótka" 51(1996), p. 204-209.
- Margotti F., *Le missioni cinesi nella tormenta*, w: *Sacrae Congregationis de Propaganda Fide memoria rerum. 350 anni a servizio delle missioni 1622-1972*, vol. II, Rom 1973, p. 991-1023.
- Metzler Joseph, *Die Kongregation im Zeitalter der Aufklärung. Struktur, Missionspläne und Massnahmen allgemeiner Art (1700-1795)*, in: *Sa-*

- crae Congregationis de Propaganda Fide Memoria rerum 1622-1972. 350 anni a servizio delle missioni*, vol. II, Romae 1972, p. 23-83, 966.
- Moroni Gaetano, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica...*, vol. XIV, Venezia 1842.
- Otwinowski Erazm, *Dzieje Polski pod panowaniem Augusta II od roku 1696 - 1728 [Res gestae Poloniae Augusto II regnante inde ab a. 1698 usque ad a. 1728]*, Kraków 1849.
- Pastor Ludwig von, *Geschiche der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters*. Bd XIV-XV: *Geschichte der Päpste im Zeitalter des fürstlichen Absolutismus von der Wahl Innozenz'X bis zum Tode Innozenz'III (1644-1700)*, Freiburg im Breisgau 1930, p. 394-401, 462-467.
- Pásztor Lajos, *Relazioni del P. Modesto da Roma sulla Transilvania, "Antemurale"* 5(1959), p. 35-83.
- Perdenia Jan, *Stanowisko Rzeczypospolitej szlacheckiej wobec sprawy Ukrayny na przełomie XVII i XVIII wieku* [Relationes Reipublicae ad res Ucrainae in saec. XVII/XVIII spectantes], Wrocław 1963.
- Perling P., *La Russie et la Saint-Siège*, t. IV, Paris 1907.
- Petr Velikij, *Pisma i bumagi imperatora ...* [Litterae ac documenta imperatoris Petri Magni...], t. V, Sankt Petersburg 1907.
- Pisma i doneesenja iezuitov o Rossij konca XVII i načala XVIII veka* [Litterae et relationes jesuitarum de rebus Moscoviae XVII exeunte et XVII ineunte saeculo], Sankt Petersburg 1904.
- Piawski Kazimierz, *Królewicz Jakub Sobieski w Oławie* [De principe Iacobo Sobieski Olaviae commorante], Kraków 1939.
- Pometti Francesco, *Studii sul pontificato di Clemente XI 1700-1721*, "Archivio della Reale Società Romana di Storia Patria" T. 21(1898), p. 279-457.
- Pometti Francesco, *Studii sul pontificato di Clemente XI (1700-1721). La Santa Sede nella guerra di successione al trono di Spagna*, "Archivio della Reale Società Romana di Storia Patria", T. 21(1898), p. 404-412.
- Przyboś Kazimierz, *"Egzorbitancje" Stanisława Karwickiego* ["Egzorbitancje", opus Stanislai Karwicki], "Śląski Kwartalnik Historyczny Sobótka" 37(1982), p. 219-224.
- Rakoczy Franciszek II, *Pamiętniki – wyznania* [Memorabilia – confessiones], przeł. M. Paczoska, Warszawa 1988.
- Rakowski W., *Pamiętniki Wawrzyńca Rakowskiego, rotmistrza pospolitego ruszenia ziemi wiskiej pisany od roku 1701 do roku 1711* [Rerum gestarum memoria a Laurentio Rakowski, rotomagistro motus universis

- terrae Visnensis conscripta inde ab a. 1701 usque ad a. 1711], wydany przez E. Piotrowskiego, Żytomierz 1861.
- Repertorium der diplomatischen Vertreter aller Länder seit dem Westfälischen Frieden (1648)*, Bd. 1: (1648-1715), veröffentlicht von L. Bittner u. L. Gross, Oldenburg-Berlin 1936.
- Ritzler Remigius, Sefrin Pirminus, *Hierarchia Catholica Medii et Recentioris Aevi*, Vol. 5: *A pontificatu Clementis PP IX (1667) usque ad pontificatum Benedicti PP XIII (1730)*, Patavii 1952.
- Roniker Jerzy, *Hetman Adam Sieniawski i jego regimentarze. Studium z historii mentalności szlachty polskiej 1706-1725* [Dux exercituum Adamus Sieniawski eiusque regimentarii. Studium ad mentis habitus ac indoles nobilium Polonorum a. 1706-1725], Kraków 1992.
- Saft P. F., *Der Neuaufbau der katholischen Kirche in Sachsen im 18. Jahrhundert*, Leipzig 1961.
- Savio Petrus, *De actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*, Vaticani 1947.
- Schmurlo E., *Recueil de documents relatifs au regne de l'Empereur Pierre le Grand*, t. I: 1693-1700, Dorpat 1903.
- Seifert S., *Niedergang und Wiederaufstieg der katholischen Kirche in Sachsen 1517-1773*, Leipzig 1964.
- Serczyk Władysław Andrzej, *Piotr I Wielki* [Petrus I Magnus], Wrocław 1990.
- Staszewski Jacek, *Stosunki Augusta II z Kurią rzymską w latach 1704-1706 (misja rzymska)* [Relationes mutuae inter Augustum II et Curiam Romanam annis 1704-1706], Toruń 1965 (Roczniki Towarzystwa Naukowego w Toruniu, R. 71, z. 11).
- Szorc Alojzy, *Z działalności kościelnej biskupa Andrzeja Chryzostoma Załuskiego na Warmii (1698-1711)* [De actis ac gestis epi Andreae Ch. Załuski in rebus ecclesiasticis in Varmia (1698-1711) promovendis], "Studia Warmińskie" 4(1967), p. 35-82.
- Szydelski Szczepan, *Konstanty Zieliński, arcybiskup lwowski* [Constantinus Zieliński, archiepiscopus Leopoliensis], Kraków 1910.
- Theiner VMPL – *Vetera Monumenta Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia*, ed. Augustinus Theiner, t. IV/1, Romae 1864.
- Turgenev Alexander – *Historica Russiae Monumenta, ex antiquis exterarum gentium Archivis et Bibliothecis deprompta*, t. II, Petropoli 1842, p. 297 (excerpta).

Turgenev Aleksander, *Akty istoričeskie otnašiaščiasja k Rossi* [Documenta historica ad res Russiae spectantia], Petropoli 1842.

*Volumina legum*. Przedruk zbioru praw staraniem XX. Pijarów w Warszawie, od roku 1732 do roku 1782, t. VI, Petersburg 1860 [Przedr. fo-toofs.: Warszawa 1980].

Welykyj EM – *Epistolae Metropolitarum (Kioviensium)*, collegerunt, illustrarunt et introductione auxerunt R. P. Theodorus T. Haluscynskyj, P. G. Athanasius Welykyj OSBM, t. III, Romae 1961, p. 262-263.

Welykyj Athanazy, *Acta S. C. de Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantia*, coll. et adnotat. illustr. P. Athanasius G. Welykyj OSBM, vol. I: 1622 – 1667, Romae 1953, vol. II: 1627 – 1710, Romae 1954.

Wimmer Jan, *Wojsko Rzeczypospolitej w dobie wojny północnej* [Exercitus Reipublicae tempore belli septentrionalis], Warszawa 1956.

Winter E., *Rußland und das Papstum*, t. II, Berlin 1961.

Załuski J. Ch., *Epistolarum historico-familiarum... libri*, t. II-III, Brunsberge 1711.

Zarzycki W., *Dyplomacja hetmanów w dawnej Polsce* [Rei publicae gerendi ratio quae a ducibus supremis exercituum in vetere Polonia exercita erat], Warszawa-Poznań 1976.

Zawisza Krzysztof, *Pamiętniki wojewody mińskiego 1666-1721* [Memorabilia palatini Minscensis a. 1666-1721], wyd. J. Bartoszewicz, Warszawa 1862.

Ziekursch Johannes, *August der Starke und die katholische Kirche in den Jahren 1697-1720*, "Zeitschrift f. Kirchengeschichte" 24(1903).

#### **ABBREVIATONES in apparatu critico occurrentes**

corr. – correxi

om. – omittit

desp. – desperavit

< > – verba addita ab editore

[ ] – additiones editionis gratia